COLAI

PERA.

US V.


Vacandum Studiis.
Ex Bibliotheca
VALENTINI SCHLIEFF
Gedani

Liber

Novo Tacin

Henrici Nicolai

1. Theologiae Epitome.
2. Exercitatio de Methodo Trinitatis.
2. b. Rotgeri zum Bergen Epistolium ad Henricum Nicolai.
3. Exerc. de Medio Religioso et Theologico.
4. Ex. de Conciliatione Enunciatorum.
5. Miscella Theologica.
6. Ex. de non liquendo.
7. Irenicum defensum et explicatum.
8. Irenicum defensum et explicatum continuatum.
9. Exercitatio de Ahasvero Esthera.
10. Exerc. de Symbolo Athanasii.
11. Erklärung der Schrifft im Prediger Salomo IV. 4.
12. Tractatus de Pane, Editio emenda.
13. Protestatio super nova Editione Tractatus de Pane.
(14. Georgii Rheti Vidua Reprotestatio antecedenti Protestationi opposita)
15. Protestatio defensa.
16. Oratio de Philosophiae Studio cum Theologia conjungendo, praemisso Programmate.
17. Cursus Philosophicus.
18. Exercitatio de Subjecto et Adjuncto.
19. Exerc. de quotidiana Telluris revolutione.
20. Ex. de Astrologiae Veritate, licitaque apud Christianos ratione.
21. Tr. de Modis praedicandi.
22. Tr. de Comparativarum Enunciationum expositione.
23. Rotgeri zum Bergen Res Sacra Amicus sive Epistolium ad Henricum Nicolai.
24. Godofr. Zameli Hymenaei Tumulus.

D. O. M. A.

PROTESTATIO
Super novâ editione Tractatus
de
PANE
Hoc anno 1651. Gedani
apparatâ,

Necessariis de causis ab Authore Tractatus,

HENRICO NICOLAI,
S. Theol. & Philos. apud Elbingenses Prof. Publ. honorario,
Facta.

ELBINGÆ.
Typis ACHATII CORELLII.
Anno à partu Virginis Matris,
M. DC. LI.

LECTORI Christiano & erudito S. & Pacem.

Multa homini in vitâ eveniunt, *Lector Erudite*, qvæ nolit. Experimenta adducere lumen Soli inferre, futurum sit. Protestatio hæc præsens nolenti mihi extorta, pro exemplo esse possit. Editus est hoc anno Gedani apud Viduam Rhetianam *Tractatus meus de Pane* olim anno 1641 mihi scriptus editusq;. Principium editionis mihi ignotum fuit, minùs approbatum. Habeo apud me exemplar â capite ad calcem revisum, auctum, in multis mutatum. Ex eo me sciente edi debuit, si quid Orbi inferri debuit. Non fui eo tempore Gedani præsens, qvo ceptus Tractatus. Me ignaro & non assentiente de meis Scriptis aliquid edi non debuit, nisi furtivo ausu procedere placuerit. Paulò post tamen Gedanum redii. Sectùm, ut audii, 6. duerniones jam parati fuerunt. Pessimè factum me habuit, me vivente, ignaro, non assentiente, imò scripta mea recensente, corrigente, ac editionem propriam integro Tomo meditante, multa in illis mutante, addente, avaros Typographos lucro inhiantes, in ea involare, pro suis me inscio usurpare, publicoq; obtrudere. Qvædam resecare de labore meo, alia omittere, revisa insuper habere, sicq; prostituta pro meis Orbi commendare. Nequaquam committendum tale ratus, publicè hic

cè hìc apud Te, *Lector Erudite*, proteſtari neceſſum duxi, me iſtam editionem, prout modò extat, & non emendatur, pro meo labore non agnoſcere, ſed adulterinam judicare. *Statim in fronte Tractatus Dedicatio* DEO Opt. Max. ſonticis de cauſis tùm temporis à me facta, ſacrilego auſu prorsùs reſecta eſt. In locum ejus carmen ſuffectum, Viri mihi amiciſſimi, ſed qui certò nolit, DEI nomen ob id loco pulſum. Satis ſpatii pro carmine in ſequente pagellâ, qvam vacuam video, fuiſſet. *Index* rerum magno labore à me operi paratus & præmiſſus, in totum omiſſus eſt. Pro quo alium ſuæ editioni aptatum ignavi fuci parare debuiſſent. *Primi 6.* duerniones nihil de reviſâ meâ correctione habent. *In ipſis* primis theſib. varia mihi aucta, correcta, addita. Nihil eorum in iſtâ editione obſervo. *Quæ ad calcem* addita, ſuis qvæq; locis ipſis theſibus inſeri debuerunt, non ad finem Operi appendi. Id ipſe in propriâ editione, ubi ſumptuariæ impenſæ occaſio mihi futura eſt, curabo, & in hac, ſi principio adfuiſſem, aut de editione noviſſem, procuraſſem. Eo fine meum reviſum exemplar communicavi, ut omnia iſta, *etiam à principio Tractatus*, adderentur. Nunc dimidii fermè exemplaris fœda mutilatio mihi cum tœdio deprehenditur. His ſimilibusq; de Cauſis *iſtam Editionem pro meo Tractatu non agnoſco*, aliam paraturus, quamprimùm editoris copia ſubminiſtrata fuerit. *Lectorem rogo*, ne ut meum laborem emat, legat, aut habeat, quod clàm me edi ceptum eſt. *Typographos* univerſos, ubicunq; ſunt, moneo, ne me vivente & inſcio, ac non conſentiente, imò tacitè repugnante, in ſcripta mea temerario auſu involent, prœlo ſubjiciant, Orbi proſtituant: Sed mecum eâ de re agant, & ſciente me de meo labore aliquid edant. Omnia mea

ſcripta

scripta revidi, auxi, correxi, Tomisq; inclusa distinctè litterato Orbi committere destinavi. Si editor adsit, indicatus edendi materias accipiet, quas meas agnoscam. Cœtera me aut nesciente, aut repugnante, nec à me revisa, prælis subjecta, mea non agnosco, & si diversa, imò adversa, posthac scripturus sum, prout *in hoc ipso Tractatu de Pane fieri poßit*, dies namq; diem docet, talibus editionibus contrarietatis me anquiri non patiar nec curabo. Quâ de re publicè hic, LECTOR erudite, solenniterq; protestatum volo, & si de reliquo simile quid me ignaro & invito occupetur, idem repetitum volo. Non mea sunt, nec pro meis agnoscuntur. Quæ ipse relego, emendo, edi scio, jubeo, & ut ego revidi, edi video, mea sunt. Cœtera nomen habent: Inter mea, à me verè non numerantur. Quæ aliàs mendax fama, ut audio, de me spargit, facilè refellam, si operæ pretium visum sit. Hactenùs enim risi; Et σιωπᾶν σοφῶν ἀπόκρισις, tutissimum visum. Mendaciorum facilis evanescentia esse solet. Ut sparguntur, sic vanescunt. Si morâ valescere comperero, mihi & veritati non deero, quod Alastores, qui mendaciorum architecti, experientur. His pro hac vice DEO & Verbo gratiæ ejus, *Lector Optime* commendatus Vale, & extortam protestationem non sinistrè interpretare. Elbingæ. 8. Calend. August. Anno 1651.